



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

293. Qualiter suscipere debeant pœnitentem Episcopi vel Presbyteri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

ra sua tremefactam & commotam, non parvipendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus Ecclesiæ liminibus se præsentent.

De danda pœnitentia. *Ex Concilio Mogontiacensi.*

Concil. Mogunt. sub Rabano c. 31.  
Burchard. lib. 19. c. 28.

CCXCII. Modus tempusque pœnitentiæ peccata sua confitentibus aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctorum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem imponi debet à sacerdotibus. Nam qui peccatis gravibus leves quosdam & inusitados imponunt pœnitentiæ modos, consuunt pulvillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Sed discretio servanda est inter pœnitentes publicè & absconsè. Nam qui publicè peccat, oportet ut publica multetur pœnitentia & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur & reconcilietur.

Qualiter suscipere debent pœnitentem Episcopi vel Presbyteri. *Ex Pœnitentiali Romano.*

Burchard. lib. 19. c. 33.

CCXCIII. Quotiescunque Christiani ad pœnitentiam accedunt, jejunia injungimus, & nos communicare cum eis debemus in jejunio unam aut duas hebdomadas vel quantum possumus, ut non dicatur quod sacerdotibus Judæorum à Domino dicitur: *Va vobis legisseritis, qui adgravatis homines, imponentes super humeros eorum onera gravia & importabi-*

Luc. 11.